



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 5. Joannis XXIII. electio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

summos inter pietatis affectus die tertia Sæcul. XV.
 Maji ejusdem Anni millesimi quadrin- A. C. 1410.
 gentesimi decimi ultimam diem clausit, Ciacon. &c.
 numerans Annos ætatis suæ septuagin- Monach. S.
 ta & unum, Pontificatus Menses decem Dionys. l. 30.
 & dies octo, apud Fratres Minores ejus- c. 4.
 dem Civitatis sepultus. Magnus in ur- S. Antonius.
 be rumor erat, Balthasarem Cossam cly- tom. 2. p. 3.
 stere venenato Pontificis mortem acce- c. 5. §. 3.
 lerasse, idque erat præcipuum cetera in-
 ter accusationum capita adversus illum
 prolata, cum postea in Concilio Con-
 stantiensi e summo Pontificatus apice
 detruderetur.

§. V.

Joannis XXIII electione.

Justis Alexandro de more persolutis, Niem. de
 Cardinales vespera decima quarta Ma- chism. l. 3.
 ji die Mercurii conclave ingrediuntur, cap. ult.
 numero sedecim, nam ex illis viginti Gohel. Peri.
 tribus, ex quibus alias sacrum Colle- in Cosmœd.
 gium componebatur, septem aberant. aet. VI. cap.
 90.

Igitur decima septima ejusdem Mensis
 die Balthasar Cossa Neapolitanus, alias
 Cardinalis S. Eustachii dictus, Pontifex
 Maximus est renuntiatus, & Joannes
 XXIII nuncupatus. Commendatitiae
 Ludovici Andegavensis Siciliæ Regis li-
 teræ non parum ad ejus electionem con-

R 4 tule-

Sæcul. XV
A.C. 1410.

Monslrelet.
c. 62. p. 97.

tulerant; Rex enim, cum e Galliis redux bellum Neapolitanum instauraturus, classem suam in Genuensium oris paratam haberet, comperta Alexandri V. morte, protinus Bononiæ Legatum mittebat, qui Cardinalibus Balthasarem Cossam impense commendaret, atque, ut illum in summum Pontificem eligerent, precibus instaret, eoque intimo amicitiae födere Ludovico junctus esset, & sua quoque consilia sub ejusdem auspiciis optatum sortitura effectum speraret. Ergo Cardinales Galli unacum Neapolitanis, qui potiorem suffragiorum partem conficiebant, veriti, ne si secus facerent, potentem in persona Ludovici Andegavensis sibi attraherent hostem, Balthasarem sibi tantopere commendatum eligunt, eumque illo adhuc die in Ecclesia Cathedrali Bononiensi Pontificem inaugurant. Qui die vigesima quarta Maji a Cardinale Ostiensi Presbyter ordinatus, postera autem die Dominica Episcopus ab eodem Præfule consecratus, Sacro solemni prius celebrato præforibus Ecclesiæ a Cardinale Brancatio coronationis insignia suscepit. Absolutis his omnibus Neo-electus Papa publica equitatione ad pompam instructa per Urbem Bononiensem incessit, prout in die coronationis ex antiquo Pontifici cum more fieri usuvenit.

§. VI.